



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio VIII. De vitijs capitalibus, & primo de superbia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

QVAES. VIII. DE VITIIS CAPITALIBVS. ART. I.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ habenti vsum liberi arbitrij, non infunditur noua gratia sine feruore charitatis. vnde plura requiruntur ad remissionem peccati mortalis, quam venialis.

AD TERTIVM dicendum, quod prædicta causant feruorem charitatis ipsam voluntatem inclinando, vt dictum est.

12 corp. art.

AD QVARTVM dicēdū, q̄ quāuis hmōi æqualiter se habeant ad oīa peccata venialia: tamen feruor ab eis excitatus nō æqualiter temper se hēt ad oīa: sed quādoq; respicit aliqua in speciali, & contra ea efficacius operatur. & si in generali respiciat ea, potest contingere q̄ non habet eundem effectum in omnibus, eo q̄ affectus hominis aliquādo habitualiter est inclinatus ad aliqua peccata venialia committēda, ita. q̄ si in memoria haberentur, non displicerent, vel forte si oportunitas adesset committerentur. & raro contingit hoīes in hac mortali vita viuētes, ab hmōi affectibus liberos esse. vnde nō possumus fiducialiter dicere, Peccatum non habemus. Etsi etiā homo ad horā per hmōi remedia, ab omnibus venialibus immunitatem consequatur quantum ad culpam: non tamen sequitur q̄ sit liberatus quantum ad totā poenā, nisi forte sit tantus feruor dilectionis, q̄ sufficiat ad totius poenæ remissionem.

QVAESTIO VIII.

De vitij capitalibus.

In quatuor articulos diuisa.

- ¶ Primo enim queritur, Vtrum sint tātum septem capitalia vitia.
- ¶ Secundo, Vtrum superbia sit speciale peccatum.
- ¶ Tertio, Vtrum superbia sit in vi irascibili.
- ¶ Quarto, Vtrum conuenienter assignentur species superbia.

ARTICVLVS I.

Vtrum sint tantum septem capitalia vitia.



V AESTIO est de vitij capitalibus. & primo queritur de numero vitiorum capitalium, quor & quæ sunt. & videtur q̄ sint septem. Dicit enim Greg. 31. Moral. Septem sunt principalia vitia. scilicet gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, ventris ingluuies, luxuria.

Lib. 31. c. 31. in antiquis exemplaribus, i. nonis autē ca. 17.

SED CONTRA, capitalia vitia videntur dici ex quibus alia oriuntur: sed omnia vitia oriuntur ex vno vitio vel ex duobus. Dicitur enim 1. ad Tim. 6. Radix omnium malorum cupiditas. & Eccles. 10. dī. Initiū omnis peccati superbia. ergo non sunt septem vitia capitalia. sed dicendum q̄ Apostolus ibi loquitur de cupiditate, non secundum q̄ est speciale peccatum: sed secundum q̄ importat quandam generalem inordinationem concupiscentiæ.

¶ 2 Sed contra, cupiditas prout est speciale peccatum, est inordinatus appetitus diuitiarum, qui auaritia dicitur: sed de tali cupiditate ibi loquitur Apostolus, quod patet ex hoc quod ibidem dicit, Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationes, & laqueum diaboli. ergo cupiditas, quæ est radix omnium malorum, est speciale peccatum.

11. 5. in Lu. in tit. de sermone Iesu & proborū hereticū. a medio illi som. 5.

¶ 3 Præter. Vitia virtutibus opponuntur: sed solum sunt quatuor virtutes cardinales, vt Ambrosius dicit super illud Luc. 6. Beati pauperes. ergo non sunt nisi quatuor vitia capitalia.

¶ 4 Præter. Ex illo peccato vñ aliud exoriri, ad cuius finē aliud peccatum ordinatur: sicut si aliquis adquirendum pecuniam mentitur, mendacium auaritia oritur: sed ad finem cuiuslibet vitij quod ber vitia ordinari possunt. ergo unum vitium magis est capitale, quam aliud.

¶ 5 Præter. Ea quorū vñ naturaliter ex altero oriri nō possunt poni æque principalia: sed inuidia naturaliter ex superbia oritur. ergo inuidia nō debet poni vitium capitale conuiuium superbia.

¶ 6 Præter. Illa videtur esse principalia vel capitalia vitia, quæ habent fines principales: sed si accipiuntur propinqui fines vitiorū multo plures sunt, q̄ septem. Si autē remoti fines accipiantur, non distinguuntur gula a luxuria, quorū utrumque ad delectationem carnis ordinatur tāquā ad finē remotum. Nō expōnuntur assignantur septem vitia capitalia.

¶ 7 Præter. Hæresis est quoddam vitium. sed in eo gignitur hæresis ex pura ignorantiā, nō causatur nisi ex aliquo peccatorum vitiorum, ergo aliquod vitium est quod non oritur ex præmissis, & sic sufficiens assignantur principalia vitia.

¶ 8 Præter. Contingit aliquid peccatum ex bonitate intentione oriri, ut patet in eo qui furatur vt det elemosynam: sed tale peccatum non procedit ex aliquo peccatorum vitiorum. ergo ex præmissis vitis non oriuntur omnia peccata.

¶ 9 Præter. Gula vñ ordinari ad delectabile gustus, luxuria vero ad delectabile tactus: sed etiā in aliis sensibus sunt quædam delectabilia. ergo debent accipi principalia vitia secundum alios sensus.

¶ 10 Præter. Oīa peccata ad unum appetitum pertinent videntur, quia voluntas est qua peccatur. Atque uiuitur, ut Aug. dicit: sed motus appetitus naturalis est ab anima ad res. In rebus autem non mouetur nisi bonum & malum, ut dicitur in 6. Meta. ergo sola duo vitia debent esse capitalia, vnum respectu boni, & aliud respectu mali.

¶ 11 Præter. Voluntas, ad quā pertinet peccatum, dicitur petitus intellectus, qui ut esse rerum in universali, eo q̄ sequitur apprehensionē intellectus quod universalium: sed vniuersalia in genere appetitus sunt bonum & malū, quæ non sunt in genere, sed sunt genera aliorum, ut dī in Prædicamentis: ergo vitia capitalia non debent distinguī secundū alia particularia bona, vel mala: sed solum in genere ut sint duo secundum differentiam boni, & mali.

¶ 12 Præter. Malum pluribus modis contingit quod bonum: quia bonum contingit ex una & tota causa, malum autem ex singularibus defectibus, ut Augustinus dicit 4. capite de diu. nomi. sed videtur quod peccata capitalia sumi secundum aliquem ordinem ad bonum, sicut gula & luxuria respiciunt bonum delectabile, auaritia bonum utile, superbia bonum honestum, quia bonis operibus insidiatur ut pereant, ut Augustinus dicit. ergo alia vitia capitalia debent esse plura quam tria.

¶ 13 Præter. Diuersorum generum diuersa sunt principia, ut dicitur in 11. Meta. sed finis in operabilibus & appetibilibus est sicut principium in speculabilibus ut dicitur in 7. Ethico. ergo non possunt diuersa genera vitiorum reduci in finem unius vitij, & in vno vitio non possunt plura oriri.

¶ 14 Præter. Si vñ vitium ex alio oritur, quasi ad finem ordinatum, sequeretur q̄ idem sit finis vitij, quæ vitij. Aut ergo secundum eandem rationem, vt secundum aliam & aliam. Si secundum aliam rationem

non erit dicendus unus finis: sed plures. quia multi-  
tudo & diversitas obiectoꝝ respondentium potest  
suis habitibus & actibus animæ, magis consideratur  
suis rationibus obiectoꝝ, quam materialiter secun-  
dum ipsas res, & sic unum non ordinabitur ad finem  
alterius: sed utrumque per se habebit ex æquo sui  
finem. Si autem idem secundum eandem rationem  
sit finis utriusque vitii, sequetur quod ambo vitia  
sine unum secundum speciem: sicut in naturalibus, que  
habent unam formam sunt unius speciei. Finis em  
dat speciem in moralibus, sicut forma in naturalibus:  
& sic non erit origo vitii ex vitio: sed magis quædam  
unio vitioꝝ. non ergo debent poni prædicta rati-  
onem vitia capitalia.

¶ 15 Præt. Philo. dicit in 6. Ethic. quod si aliquis mo-  
chatur ut furetur, non est mechus: sed fur. & sic vi-  
detur quod quando aliquod vitium ordinatur ad finem  
alterius vitii, quod transeat in speciem eius. Non ergo  
secundum hoc, vitium ex vitio oriatur.

¶ 16 Præt. Super illud Psalm. 18. Emundabor a deli-  
cto maximo: dicit glossa quod delictum maximum est  
superbia, qua qui caret, omni vitio caret. Ex quo vi-  
detur quod superbia sit vitium commune: sed com-  
mune non dividitur contra proprium, ergo non debet  
superbia poni vitium capitale conditum ab aliis,  
sicut a quibusdam ponitur.

¶ 17 Præt. Super illud Rom. 7. Concupiscentiam ne-  
sciebam, nisi lex diceret, Non concupisces: dicit Glo-  
Bona est lex quæ dum concupiscentiam prohibet,  
omne malum prohibet. & sic etiam videtur quod  
concupiscentia sit vitium commune. Non ergo  
debet poni specialiter cupiditas, seu avaritia unum  
de septem vitii capitalibus.

¶ 18 Præt. Vitia capitalia dicuntur quæ habent fines  
principales, sicut dictum est: sed divitiæ quæ sunt finis  
avaritiæ, non habent rationem finis principalis, quia  
non apponuntur, nisi sicut vitales & relatæ: ad aliud.  
unde Philosophus, probat in 1. Ethic. quod in divi-  
tiis non possit esse felicitas, ergo avaritia non debet  
poni capitale vitium.

¶ 19 Præt. Passiones animæ ad peccata inclinat,  
unde & dicuntur passiones peccatorum Roma. 7.  
sed prima passio est amor, ex qua omnes affe-  
ctiones animæ oriuntur, ut Aug. dicit 14. de civita.  
Dei, ergo amor inordinatus debet maxime poni vi-  
tium capitale, præsertim cum August. in eodem li-  
bro dicat, quod amor sui usque ad contemptum  
Dei facit civitatem Babylonis.

¶ 20 Præt. Quatuor ponuntur principales animæ pas-  
siones, scilicet gaudium & tristitia, spes & timor, ut patet p  
Aug. 14. de civi. Dei: sed inter septem vitia capitalia  
inveniuntur aliqua ad gaudium seu lætitiã pertine-  
re, sicut est gula & luxuria: quædam etiam pertinet,  
ad tristitiam, ut accidia & invidia, ergo etiam aliqua  
vitia capitalia debent poni pertinere ad spes & timo-  
rem, præcipue cum ex spe aliqua vitia orientur, Di-  
citur enim quod sola spes facit usurarium, & simili-  
ter ex timore aliqua oriuntur, quia super illud Psalm.  
79. Incensã igni & suffosa, dicit Aug. quod omne  
peccatum oritur ex amore male inflammante, &  
ex timore male humiliante.

¶ 21 Præt. Ita non ponitur passio principalis, ergo  
videtur quod nec vitium capitale deberet poni.  
¶ 22 Præt. Principali virtuti principia vitium oppo-  
nuntur: sed charitas est principalis virtus quæ & ma-  
ter & radix virtutum dicitur, cui opponitur odium:  
ergo odium deberet poni vitium capitale.

A ¶ 23 Præt. Primæ Ioan. 2. dicitur, Omne quod est in  
mundo aut est concupiscentia carnis, aut est concupi-  
scentia oculorum, aut superbia vitæ: sed aliquis mun-  
danus dicitur vel in mundo esse propter peccatum,  
ergo ista tria solum debent poni vitia capitalia.

¶ 24 Præt. Aug. in Homi. de igne purgatorij dicit plu-  
ra esse capitalia peccata, quæ sunt sacrilegia, homici-  
dia, adulteria, fornicatio, falsum testimonium, rapina,  
furta, superbia, invidia, avaritia, & si longo tpe teneat-  
ur iracundia, & ebrietas si assidua sit. & habetur in  
Decretis dist. 26. c. si quis. Videtur ergo prius posita  
vitia septem capitalia, inconuenienter assignata.

RESPON. Dicendum, quod capitale vitium a capite  
dicitur. Caput autem tripliciter sumitur. Dicitur enim  
primo caput, quoddam animalis membrum, & sic sumitur  
1. ad Corinth. 11. Omnis vir orans, aut prophetans  
velato capite deturpat caput suum, & quia caput est  
quoddam principium animalis, inde derivatum est  
nomen capitis ad significandum secundo oẽ prin-  
cipium, secundum illud Tren. 4. Dispersi sunt lapi-  
des sanctuarij in capite omnium platearum eius: &  
Ezec. 16. Ad omne caput viæ ædificasti signum p-  
stitutionis tuæ. Tertio modo caput significat prin-  
cipem & rectorem populi: nam & alia membra cor-  
poris a capite quodammodo reguntur, & hoc mo-  
do sumitur caput 1. Reg. 15. Cum esses paruulus in  
oculis tuis, caput 1. tribubus Israel factus es. & Amos  
6. Capita populorũ pompatice ingredientes domũ  
Israel. & hæc has tres significaciones capitis potest dici  
vitii capitale. Dicitur enim quoadq; capitale vitii a  
capite secundum quod est membrum corporis, & hæc  
hoc dicitur peccatum capitale quod punitur poena  
capitis: sic autem non loquimur hic de vitiijs capita-  
libus, sed secundum quod capitale dicitur a capite prout si-  
gnificat principium, unde Greg. vitia capitalia, prin-  
cipalia nominat. Sciendum est autem, quod unum pec-  
catum ex alio potest oriri quatuor modis. primo  
quidem ex parte gratiæ subtractæ, per quam homo  
retrahitur a peccato, secundum illud 1. Ioan. 3. Ois  
qui natus est ex eo non peccat, quia semen Dei ma-  
ner in eo. & secundum hoc primum peccatum, quod  
gratia priuat, est causa peccatorum subsequentium  
gratiæ privationem, & quodlibet peccatum potest  
ex quolibet causari. hic autem modus causandi est p-  
remotionem prohibentis. Remouens autem prohi-  
bens est mouens per accidens, ut dicitur in 8. Phisic. Nul-  
la autem ars neque doctrina considerat causas p- acci-  
dens, ut dicitur in 6. Meta. unde secundum istum modum  
causæ vel principij, non assignantur vitia capitalia.

Secundo modo, unum peccatum causat aliud p- mo-  
dum inclinationis, in quantum, scilicet ex præcedenti pecca-  
to causatur dispositio vel habitus inclinans ad peccandum,  
& secundum istum modum originis, oẽ peccatum  
causat aliud sibi simile in specie, & ideo nec secun-  
dum hunc modum originis dicuntur peccata capita-  
lia Tertio modo, unum peccatum causat aliud ex  
parte materiæ, in quantum, scilicet unum peccatum ministrat  
materiã alterius, sicut gula ministrat materiã luxu-  
riæ, & avaritia dissensionis: sed nec hæc modum  
originis dicitur vitia capitalia, quia quod ministrat  
materiã peccato, non est causa peccati in actu: sed in  
potentia & occasionaliter. Quarto modo, unum pec-  
catum causat aliud ex parte finis, in quantum, scilicet p-  
p- finem unius peccati committit homo aliud peccatum: sicut  
avaritia causat fraudem, quia homo ad hoc fraudem  
committit, ut pecuniã lucratur, & hæc hoc peccatum,  
causatur a peccato in actu & formaliter. & ideo hæc  
istum

E

Sermo. 4. in  
die animarũ  
aliquarũ a  
pncip. to. 10.  
Dist. 25. cap.  
vni orarũ 2  
medio illi.  
1. 2. q. 84. ar-  
tic. 4.

1. moral. 6.  
1. in actus,  
in nouis ve-  
ro 147.

Li. 8. com. 23.  
rom. 2.  
Lib. 6. com. 4  
tom. 3.

QVAES. VIII. DE VITIIS CAPITALIBVS. ART. I.

istum modū originis dicuntur vitia capitalia, ita q̄  
ad hoc ēt conuenit tertia significatio capitis. Mani-  
festū est enim, q̄ princeps ordinat sibi subiectos ad  
finē suum: sicut exercitus ordinatur ad finem ducis,  
vt dicitur in 1.1. Meta. Vnde fm Greg. vitia capitalia  
sunt quasi duces, & vitia q̄ ex eis oriuntur sunt quasi  
exercitus. Quod aut̄ vnum peccatum ordinatur ad  
finē alterius, p̄t dupliciter contingere. Vno modo  
ex parte ipsius peccantis, cuius voluntas est prior  
ad finē vnus peccati q̄ alterius: sed hoc accidit pec-  
catis. vnde fm hoc nō dicuntur aliqua vitia capita-  
lia. Alio vero modo dicuntur ex ipsa habitudines  
finium, quorum vnus hēt quandā conuenientiā cū  
alio, ita q̄ vt in pluribus ad ipsum ordinē: sicut de-  
ceptio quā est finis fraudis ordinatur ad pecunias  
cōgregādas, quod est finis auaritiā. & secundū hoc  
oportet capitalia vitia afluere. Illa ergo dicuntur  
capitalia vitia, quā habēt quosdā fines principaliter  
fm se appetibiles, vt sic ad hōi fines alia vitia or-  
dinantur. Est autē cōsiderādum, q̄ eiusdē rōnis est  
q̄ aliq̄s prosequatur bonum & fugiat malum oppo-  
situm: sicut gulofus querit delectabile in cibis, & fu-  
git tristitiā quē est ex absentia ciborum, & simile est  
in alijs vitijs. vnde vitia capitalia possunt cōueniēter  
distingui fm differentiā boni & mali: ita. q̄ vbiq̄  
occurrit specialis rō appetibilis vel fugibilis, ibi est  
vnum vitium capitale ab alijs distinctum. Est ergo  
considerandum, q̄ bonum fm propriā rōnem at-  
trahit ad se appetitum: sed q̄ appetitus refugiat ali-  
quod bonum, est fm aliquā specialē rōnem consi-  
deratā circa hōi bonum, vnde oportet fm hōi  
rōnes cōsiderari alia peccata capitalia ab illis, quā  
ordinantur ad aliquod bonum prosequēdum. Bon-  
num autē hōis est triplex. s. bonum aīa, bonum cor-  
poris, & bonum exteriorum reorū. Ad bonum ergo  
aīa, quod est bonum imaginatum. s. excellentia  
honoris & gloriā, ordinatur supbia, vel inanis glo-  
ria. Ad bonum autē corporis, pertinens ad cōser-  
uationem indiuidui, quod est cibus, ordinatur gula:  
ad bonum vero corporis pertinens ad cōseruatio-  
nem speciei, sicut est in venereis, pertinet luxuria:  
ad bonum autē exteriorum rerum, pertinet auaritia.  
Quod autē aliquod bonum effugiatur, hoc est in-  
quātum est impeditiuum alicuius boni inordinate  
cōcupiti. In quod quidē bonum fm q̄ est impedi-  
tiuum, duplicē motum hēt appetitus. s. motum fu-  
gā, & motum insurrectionis cōtra ipsum. Quātum  
ergo ad motum fugā, sumuntur duo vitia capitalia,  
put bonum impeditiuum boni cupiti cōsideratur  
in ipso vel in alio. In ipso quidē, sicut bonum spiri-  
tuale impedit quietē vel delectationē corporalē, &  
sic est accidia, quā nihil est aliud q̄ tristitia de aliquo  
bono spiritali, put est impeditiuum boni corpo-  
ralis: in alio vero, fm q̄ bonum alterius impedit p-  
priā excellētiā. & sic est inuidia, q̄ est dolor alieni bo-  
ni: insurrectionē vero contra bonum, importat ira.  
Ad PRIMVM ergo dicendum, q̄ sicut in virtuti-  
bus cōsideratur duplex finis. s. finis vltimus & com-  
munis qui est felicitas, & finis proprius, qui est bo-  
num proprium vniuscuiusque virtutis: ita etiā in  
vitijs possunt accipi fines proprii vitiorum, fm q̄  
sumuntur vitia capitalia, vt dictum est: potest etiā  
accipi finis vltimus & communis, quod est propriū  
bonum. Ad hoc enim ordinantur omnes fines dicti  
capitalium vitiorum: sed proprium bonum nō hēt  
q̄ sit finis vitiorum, nisi fm q̄ inordinate appetitur.  
Appetit autē inordinate fm q̄ appetitur præ-

ter ordinē diuinā legis. Vnde & in oī peccato dicitur  
esse duo. s. cōuersio ad cōmutabile bonum, &  
auersio a bono in cōmutabili. Sic ergo ex parte  
auersionis ponit principū oīum peccatorū capi-  
tas q̄dā gnalis, q̄ est inordinatus appetitus propter  
ni: ex parte vero auersionis ponit principū peccatorū  
torū quādā generalis superbia, fm q̄ hō non sub-  
cit se Deo. unde dī Eccle. 10. q̄ initū superbiōnis  
est apostatare a Deo. Sic ergo cupiditas & superbia  
fm q̄ in quadam generalitate sumuntur, non dicitur  
tur quidem vitia capitalia, quia non sunt specialia  
vitia: sed dicuntur radices quā dā vel initia vitiorum  
sicut si diceretur, q̄ appetitus felicitatis est delectatio  
oīum virtutū: p̄t tñ dici q̄ etiam cupiditas, & super-  
bia fm q̄ sunt specialia peccata, hnt quidē cōmuni-  
tatē generalē sup oīa peccata secundum rōnem  
ni. Nā finis auaritiā se habet ad fines oīum dō-  
rū, ut quodā principū, in quātū per diuitias potest  
homo acquirere oīa, quā alia vitia cupunt. cū  
cunia virtute oīa hōi appetibilia cōmuni: fm illud  
Eccle. 10. Pecuniae obediunt oīa. Finis autē proprius  
superbiā. s. excellentia honoris & gloriā, est hōi  
terminus oīum hōi finiu: nā ex multitudine dō-  
tiarū, & ex hoc q̄ fruatur quibusdā cupitis, p̄t  
ad ipsi honorē vel gloriā & quamuis in vitia  
tionis unum istorum finium sit sicut principū  
aliud vt terminus aliorum finium, non in ip-  
sola, duo hac vitia debent poni capitalia, quā  
ad solos hos fines principaliter intentio appetitus  
ordinatur, & per hoc patet solutio ad secundum  
AD TERTIVM dicendū, q̄ virtus cōsistit in  
q̄ ordo rōnis ponit in vi appetitiua vitia autē  
furgit ex hoc, q̄ motus appetitiuus ab ordine  
recedit. Nō autē fm idē, ordo rōnis ponitur in app-  
ritu, & appetitus recedit ab ordine rōnis: unde  
virtus opponatur vitio, non tamē oportet q̄  
cipale vitium opponatur principali virtuti, quā  
est eadem ratio originis virtutis, & vitij.  
AD QVARTVM dicendū, q̄ ex dispositione  
peccātis p̄t contingere, q̄ quodlibet vitium ab  
cuiuslibet ordinē: sed fm habitudinē obiecti  
uel finiu q̄ habēt adinuitē, q̄dā determinate  
busdā oriuntur, a quibus etiā frequētius procedunt.  
In cōsideratione autē moralī attenditur id, q̄ est  
in pluribus: sicut & in cōsideratione naturalī.  
AD QVINTVM dicendū, q̄ ex his q̄ dicta sunt, p̄t  
q̄ inuidia ut in pluribus, ex superbia oriuntur. p̄t  
enim homo maxime tristatur de bono alterius  
est propria excellētiā impeditiuum: sed q̄  
habet specialē rōnē in suo motu, ut. i. refugiat  
nū, p̄ hoc ponit seorsum a supbia vitium capi-  
AD SEXTVM dicendū, q̄ vitia capitalia acci-  
tur fm fines propinquos, nō quidē omnīū  
liū peccatorū, sed quorundā, ex quibus ut in  
bus nata sūt alia peccata oriri, & ideo ēt gula  
guis a luxuria, quā alterius rōnis est delectatio,  
est obiectum gula, & quā est obiectum luxur-  
AD SEPTIMVM dicendū, q̄ quatuor videtur ad  
fectū cognitionis p̄tinere. s. nescitiā, ignorantia  
ror, & heresis. Inter quā nescitiā ē cōs. q̄ imp-  
tat simplicē carētīā sciētīā, unde & in angustis  
quandam nescitiā ponit ut patet in 6. ca. 2. a. pri-  
hierar. ignorantia vero est quādā nescitiā  
s. quā hō natus est scire, & debet. Error vero  
ignorantiā addit applicationē mentis ad cōm-  
veritatis: ad errorē. n. pertinere approbare falsū  
veris: sed heresis supra errorem addit aliquā

Lib. 12. con-  
vlt. tom. 1.  
Lib. 31. mo-  
ral. ca. 31. in  
li. antiquis,  
& 17. in no-  
uis.

In eo sp. art.

parte materiae, q̄a est error eorum quae ad finē pertinet & ex parte errantis. q̄a importat pertinaciam quae sola facit haeticum: quae quidē pertinacia ex superbia oritur. Magnae enim superbiae est, vt homo sensum suum p̄ferat veritati diuinitus reuelatae. Haereticus ergo ex simplici ignorantia proueniens si sit peccatū, ex aliquo predictorum vitiorum exoritur. Imputatur. n. homini ad peccatum, si nō curat addiscere ea quae scire tenetur, videtur autē hoc ex accidia prouenire ad quā pertinet refugere spirituale bonum, in quantum est impeditum boni corporalis.

AD OCTAVVM dicendum, q̄ ista vitia capitalia dicuntur, quia ex eis vt in pluribus alia vitia oriuntur: licet quandoque aliquod vitium ēt ex bono oriatur. Et tamen potest dici, q̄ etiam quando aliquis furatur vt der eleemosynam, hoc etiam peccatum quodammodo ex aliquo capitalium oritur: procedit enim hoc ex ignorantia aliqua, vel errore quod malum faciat propter bonum. Ignorantia autem vel error ad accidiam reducitur, vt dictum est.

AD NONVM dicendum, q̄ luxuria & gula respiciūt delectationem tactus. Gulosus enim non d̄r aliquis ex hoc, q̄ delectatur in sapore cibi: sed in sumptione eius quasi tactu delectatus, vt Philoso. dicit in 3. Ethic. Delectationes aut aliorum sensuum nō sunt fines principales. Referuntur enim vel ad cognitionem veritatis, sicut in hominibus: vel ad delectabilia tactus, sicut in alijs animalibus. Canis enim sentiens leporem, nō delectatur in odore: sed in cibo quem expectat. Et ideo secundum delectationes aliorum sensuum non sumuntur aliqua vitia capitalia.

AD X. dicendum, q̄ bonum & malum in rebus inuenitur fm diuersas cōditiones: vnde nō oportet q̄ solum vnum vitium capitale ad bonum ordinetur.

AD XI. dicendum, q̄ sub vno communi vniuersali possunt sumi multa vniuersalia magis specialia: sicut sub vno genere generalissimo sumuntur genera subalterna, quae etiam subintellectum cadunt. Sic etiam appetitus intellectiuus potest ferri in diuersas bonorum species diuersimodo.

AD XII. dicendum, q̄ peccata non distinguuntur secundum differentiam boni & mali: quia idem peccatum circa aliquid bonum & circa malum oppositum esse potest, vt dictum est.

AD XIII. dicendum, q̄ ea quae sunt diuersi generum, quasi generalissimorum, sunt diuersa principia fm rem: licet sint eadem fm analogiam, vt d̄r in 10. Metaphy. Sed ea quae continentur sub vno ḡne generalissimo, licet sint in diuersis generibus subalternis, possunt habere eadē principia fm cōtatem illius generis. Et hoc modo aliqua vitia diuersorum generum possunt reduci in idem principium, quod est finis habens aliquam cōm rationem originis.

AD XIII. dicendum, quod quando vnum peccatum ordinatur ad finem alterius peccati idem, & secundum eandem rationem, est finis vtriusq; peccati: sed non eodem ordine, quia vnus est finis proximus, alterius remotus. vnde non sequitur q̄ ambo vitia sint vnus species: q̄a moralia non recipiunt speciem a fine remoto, sed a fine proximo.

AD XV. dicendum, q̄ aliquis non denominatur fur vel mœchus ex actu vel passione: sed ex habitu, sicut de iusto & iniusto, vt Philo. dicit i 3. Ethic. Intentio autē hoīs prouenit ex habitu. Et ideo q̄n aliquis furatur vt mœchetur, committit quidem actum peccatum furti: sed tamen intentio procedit ab habitu. Et ideo non denominatur fur: sed mœchus.

AD XVI. dicendum, q̄ sicut dictum est, superbia dupliciter accipi potest. Vno modo, secundum q̄ importat quādā rebellionē ad legem Dei: & sic est vniuersalis radix oīum peccatorum, vt Greg. dicit. vnde non enumerat eā inter vitia capitalia, sed in nē gloriā. Alio modo potest accipi superbia secundum q̄ est inordinatus appetitus cuiusdam excellentiā. Et sic ponitur vitium capitale alijs cōdiuisū. Et quia ad huiusmodi excellentiā maxime uidetur pertinere humana gloria, ideo Greg. loco huius superbiae specialis, inanem gloriam ponit.

Et similiter dicendum est ad 17. Quia etiam concupiscentia ibi accipitur fm q̄ est radix generalis. AD XVII. dicendum, q̄ diuitiae ex hoc, q̄ habēt rōnem boni utilis deficiunt quidē a ratione principalis finis: sed hic defectus recompenfatur propter generalem vtilitatem diuitiarum, quae quodammodo virtute continent omnia appetibilia mundana.

AD XIX. dicendum, q̄ sicut Philo. dicit in secundo Retho. amare est velle bonum alicui. In hoc ergo q̄ homo appetit sibi quaecumque bona videtur amare seipsum. Et ideo amor sui ipsius non ponitur seorsum, uel radix peccati uel etiam vitium capitale: quia omnes radices, & capita vitiorum includūt inordinatum sui amorem.

AD XX. dicendum, q̄ timor & spes sunt passionēs irascibilis. Omnes autē passionēs irascibilis deriuatur passionibus concupisibilis. Et ideo prima capita vitiorum non sumuntur penes timorem, & spem: sed magis penes delectationē & tristitiā. Quāuis enim aliqua vitia ex timore, & ipse oriuntur tū etiam ipse timor & spes ex alijs oriuntur, scilicet ex amore uel cupiditate alicuius boni.

AD XXI. dicendum, q̄ ira importat quendam specialem motum, scilicet inurrectionem. contra aliquid. Et ideo licet etiā iste motus ex alijs oriatur: tamen quia habet aliam specialem rationem praeter alios motus ponitur seorsum vitium capitale.

AD XXI. dicendum, q̄ vitium principale, non d̄r per oppositionem ad virtutem principalem. Et ideo non oportet, quod odium sit vitium principale: quamuis charitas sit virtus principalis.

AD XXI. dicendum, q̄ per illa tria quae Ioannes ponit importantur primae quaedam origines, & radices peccatorum, scilicet superbia & cupiditas, nam sub cupiditate generali continetur & concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum.

AD XXIII. dicendum, q̄ Aug. nominat⁹ capitalia vitia quae sunt plectenda pena capitis. Sic enim idem est vitium capitale quod peccatum mortale.

ARTICVLVS II.

Queritur de superbia. Vtrum sit speciale peccatum.

SECUNDO queritur de superbia, ntrum sit speciale peccatum. Et uidetur quod nō. Omne enim speciale peccatum corrumpit determinatā virtutē, & potentia animae: sed superbia corrumpit omnes virtutes, & omnes potentias animae. Dicit enim Greg. 34. Moralium, Superbia nequaquam vnus virtutis extinctione contenta per cūcta animae membra se erigit, & quasi generalis ac pestifer morbus corpus omne corrumpit. Et Isidorus dicit in libro de Summo bono, quod est ruina omnium virtutum. ergo superbia non est speciale peccatum.

¶ 2. Præter. Præferre uoluntatem suam uoluntati superioris. Quæst. dist. ST ho. V rioris

in corp. arts.

D. 56. Et D. 104. li. 31. Moral. ca. 31. in antiq. exemp. in no. us. nero ca. 17. Loco nunc. citato. 17.

D. 303.

Li. 3. in principio to. 3.

D. 303.

Li. 34. ca. 17. circa principi.

li. 1. cap. 38. a medio 4. lius.

rioris, est superbiere: sed quicumque peccat mortali ter praefert voluntate suam voluntatis superioris. f. Dei. ergo superbit. Omne ergo peccatum est superbia, & sic non est speciale peccatum. Sed dicendum, quod superbia in quantum est amor propriae excellentiae, sic est speciale peccatum, in quantum autem importat contemptum Dei, sic est generale peccatum.

¶ 13 Præt. Ansel. dicit quod anima ex necessitate appetit proprium bonum. Quod autem sit ex necessitate, non est peccatum. ergo superbia non est peccatum, & ita non est speciale peccatum.

¶ 14 Præt. Si esset speciale peccatum, esset vnum de septem vitijs principalibus. Sed Irido in lib. de Summo bono non ponit superbiam inter septem vitia principalia: sed loco eius ponit inanem gloriam. ergo superbia non est speciale peccatum.

¶ 15 Præt. Aug. dicit in lib. de libero arbitrio, quod superbia est amor proprii boni: sed hoc est cõmuni peccato. ergo superbia est generale peccatum.

¶ 16 Præt. Illud quod est formale in oibus peccatis non est speciale peccatum: sed superbia est huiusmodi. Dicit enim Aug. in lib. de Libero arbitrio, quod peccare est spreto bono incommutabili, bonis commutabilibus adherere. Quorum primum, scilicet spernere bonum incommutabile, pertinet ad auersionem quae est male in oibus peccato: sicut conuersio ad Deum, quae est per charitatem, est formale in virtutibus. Spernere autem Deum ad superbiam pertinet. ergo dicitur quod superbia sit generale peccatum.

¶ 17 Præt. Nihil quod est ex ordinatione diuina est peccatum: sed superbia est ex ordinatione diuina. Dicitur enim Isaia 60. ponam te in superbiis legulorum, glossa ubi Hieronymi dicit. quod est superbia bona & mala. Et Prouerb. 8. dicit sapientia, Memento sunt diuitia & gloria, opes superbiae & iustitia. ergo superbia non est speciale peccatum.

Sed contra est, quod August. dicit in libro de Natura & gratia, Quærat, & inueniet secundum legem Dei superbiam esse peccatum, multum dicitur ab alijs vitijs.

¶ 2 Præt. Ibidem dicit, quod multa peccata sunt, quoniam sunt superbia. ergo superbia non est generale peccatum.

¶ 3 Præt. Nullum peccatum generale habet aliud peccatum prius se: sed superbia habet aliud peccatum prius se. Dicitur enim Eccl. 10. Inimicitia superbiae hominis apostatata a Deo. ergo superbia non est generale peccatum.

¶ 4 Præt. Omne peccatum alijs cõditum est speciale peccatum: sed superbia est huiusmodi, vt patet in libro. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia. ergo superbia est speciale peccatum.

¶ 5 Præt. Quod enim peccatum habet speciale actum est speciale peccatum: sed superbia est huiusmodi, quia vt Aug. dicit in lib. de Natura & gratia, superbia sola in bonis factis cauenda est. Et sic dicit quod superbia prima recedit a Deo, vltima ergo superbia est speciale peccatum.

¶ 6 Præt. Quod per superabundantiam dicitur soli cõuenit: sed superbia est maximum peccatum, vt glossa dicit super illud Psal. Emundabor a delicto maximo. ergo superbia est speciale peccatum.

RESPON. Dicendum, quod ad huius questionem respondentiam oportet videre quid sit peccatum superbiae, vt sic postmodum videri possit, an sit speciale peccatum. Est ergo considerandum, quod peccatum fundatur in aliquo appetitu naturali, quia homo quolibet naturali appetitu appetit suam similitudinem, in quantum omne bonum naturaliter desideratum, est quædam similitudo boni diuina: ideo Augustinus dicit in secundo libro de confessionum Deo loquens, Fornicatur anima delictum peccatum

Li. 24. c. 18. in principio.

Cap. 29. parum a principio. tom. 7. Lib. 3. cap. 2. parum a principio.

Ca. 29. to. 7.

glossa ordinaria ibi.

Glossa ordinaria super illud initium peccati. Glossa ordinaria ibi. Lib. 22. cap. 27. in principio. tom. 6.

F

G

H

I

K

peccando cum auertitur ab te, & quaerit extra te ea quae pura & liquida non inuenit, nisi cum redit ad te, sed quia ad rationem pertinet dirigere appetitum, & praecipue secundum quod est lege Dei informata: ideo, si appetitus feratur in aliquod bonum naturaliter desideratum secundum regulam rationis, erit appetitus rectus & virtuosus: si vero transcendat regulam rationis, vel ab eo deficiat, erit vitiosus; peccatum. Sicut appetitus sciendi est homini naturalis. Unde si scientiam intendat secundum quod recta ratio dicit, erit virtuosum & laudabile, si vero transcendat aliquis regulam rationis, erit peccatum curiositatis: si vero deficiat, erit peccatum negligentiae. Inter alia autem quae homo desiderat vnum est excellentia. Naturale enim est non solum homini, sed et vnicuique rei, ut perfectionem in bono concupiscat desideret, quae in quadam excellentia consistit. Si quidem ergo appetitus excellentiam appetit secundum regulam rationis diuinitus informata, erit appetitus rectus, & ad magnanimitatem pertinens, secundum illud Apostoli 2 ad Corinthios 10. Nos autem non in immensum gloriamur quasi in aliena gloria, sed secundum regulam qua mensus est nobis Deus. Si autem aliquis ab hac regula deficiat, incurrit pusillanimitatis vitium: si vero excedat erit vitium superbiae, sicut ipsum nomen demonstrat. Nam nihil aliud est superbire, quam superexcedere propriam mensuram in excellentiae appetitu. Unde Augustinus dicit in 14 de ciuitate Dei, quod superbia est peruersa celsitudinis appetitus. Et quia non est eadem mensura omnium, ideo contingit quod aliquid non imputatur vni ad superbiae, quod alteri imputaretur. Sicut Episcopo non imputatur ad superbiae, si exerceat ea quae ad propriam excellentiam pertinent: imputaretur autem hoc ad superbiae clerico vel simplici sacerdoti, si ea quae sunt Episcopi attemptaret. Sic ergo excellentia habet propriam rationem cuiusdam determinati appetibilis, quamuis materialiter inueniatur in multis: unde manifestum est superbiae esse speciale peccatum. Actus enim & habitus distinguuntur specie secundum formales obiectorum rationes. Unde & Augustinus, sigillatim singulis peccatis propria obiecta attribuens, in quorum appetitu vmbrae quandam diuinae similitudinis imitantur, de superbia sic dicit loquens ad Deum. Superbia celsitudinem imitatur, cum tu sis vnus super omnia Deus excelsus. Contingit tamen superbiae quodammodo esse generale peccatum dupliciter. Vno quod modo per quandam diffusionem: alio modo secundum suum effectum. Quatum ad primum considerandum est, quod sicut Augustinus dicit 14 de ciuitate Dei, Sicut amor Dei facit ciuitatem Dei, ita amor inordinatus sui facit ciuitatem Babylonis: & sicut in amore Dei ipse Deus est vltimus finis, ad quem omnia ordinantur, quae recto amore diliguntur, ita in amore sui excellentia inuenitur vltimus finis, ad quem omnia alia ordinantur. Nam qui quaerit abundare in diuitiis, vel in scientia, vel honoribus, vel quibuscumque alijs rebus, per omnia huiusmodi quandam excellentiam intendit. Est autem hoc considerandum in omnibus actibus & habitibus operariis, quod ars vel habitus, ad quem pertinet finis, per imperium mouet artes vel habitus versantes circa ea, quae sunt ad finem. Sicut ars gubernatoria, ad quam pertinet usus nauis, qui est finis eius, imperat nauifactionem. Et idem est videre in omnibus, unde & charitas, quae est amor Dei imperat omnibus virtutibus. Et sic quamuis sit ad specialem virtutem, si consideretur proprium obiectum: tamen secundum

A quandam diffusionem sui imperii est communis omnibus virtutibus, unde dicitur forma & mater omnium virtutum. Et similiter superbia, quamuis sit speciale peccatum secundum rationem proprii obiecti: tamen secundum quandam diffusionem proprii imperii est commune peccatum ad omnia: unde & dicitur radix & regina omnium peccatorum, ut patet per Gregorium 31 Moralium. Quantum vero ad secundum considerandum est, quod vnumquodque peccatum considerari potest, & secundum affectum, & secundum effectum. Contingit namque quandoque esse aliquod peccatum secundum effectum: non tamen secundum affectum. Sicut si aliquis occidat patrem putans occidere hostem, committit quidem peccatum patricidij secundum effectum non autem secundum affectum. Sicut & de quibusdam dicitur est, quod Milesii quidem stulti non sunt, operantur autem quae stulti. Sic ergo si accipiatur peccatum superbiae secundum effectum, communiter inuenitur in omni peccato. Est namque quidam effectus superbiae, non subdit regulae superioris, quod facit quicumque peccat, in quantum non subditur legi Dei. Si vero consideretur quantum ad affectum, non semper in omni peccato est peccatum superbiae: quia non semper hoc aliquid agitur, ex actuali contemptu Dei vel legis ipsius: sed quandoque ex ignorantia, quandoque vero ex infirmitate, siue ex aliqua passione: unde Augustinus in libro de Natura & gratia, dicit peccatum superbiae esse ab alijs peccatis discretum.

C AD PRIMUM ergo dicendum, quod superbia extinguit omnes virtutes, & corrumpit omnes potestates animae per quandam diffusionem sui imperii, ut dictum est.

AD SECUNDUM dicendum, quod praefere voluntatem suam voluntati superioris, est quidem actus superbiae: sed non semper ex affectu superbiae procedit, ut dictum est.

AD TERTIUM dicendum, quod superbia habet propriam materiam, si accipiatur formalis ratio sui obiecti, sicut dictum est: licet illa formalis ratio in omnibus inueniri possit. Sicut & magnanimitas specialis virtus est, & tamen intendit magnum in operibus virtutum, ut Philosophus dicit in 4 Ethico.

AD QUARTUM dicendum, quod superbia est in contemptu Dei contemptum secundum affectum, non potest esse peccatum generale: immo etiam est specialius quam superbia, secundum quod significat appetitum peruersae excellentiae: potest enim esse appetitus peruersae excellentiae non solum si contemnatur Deus, sed etiam si contemnatur homo. Sed si accipiatur contemptus Dei secundum effectum, sic saluatur in omnibus peccatis, etiam quae ex infirmitate vel ignorantia committuntur, ut patet ex dictis.

E AD QUINTUM dicendum, quod sicut superbia per diffusionem & effectum inuenitur in omnibus peccatis, quamuis sit speciale peccatum: ita etiam timor eiusdem modis potest inueniri in omnibus actibus virtutum, quamuis sit speciale donum.

AD SEXTUM dicendum, quod superbia perficit omnia praedicta ratione malitiae: non quia sit essentialiter omnis malitia: sed duobus modis praedictis.

AD SEPTIMUM dicendum, quod inuidia, inanis gloria, & ira non habent idem obiectum cum superbia: sed obiecta eorum ordinantur ad obiectum superbiae, sicut ad finem. Ideo enim inuidia tristatur de bono proximi, & inanis gloria appetit laudem, & ira vindictam, ut per huiusmodi quandam excellentiam habeatur. Ex quo non potest concludi, quod superbia sit

D. 307.  
 Lib. 31. cap. 31. in antiquis. uero ca. 17.  
 Cap. 29. circa medium tom. 7.  
 In corp. art.  
 In corp. art.  
 Lib. 4. cap. 2. tom. 5.  
 In corp. art.  
 In corp. art.  
 In corp. art.

Quaest. dist. S. Tho. V 2 idem

idem cũ eis, sed q̄ imperet eis, sicut patet ex dictis. F  
AD OCTAVVM dicendũ, q̄ auctoritates illā intelli-  
guntur de superbia quãtũ ad effectũ superbie,  
sine quo nullũ peccatũ esse potest: non autem  
quantũ ad superbiã affectũ.

Cap. 29. t. 7.

Et similiter dicendũ AD IX. Sic. n. superbire fm  
effectũ conuertitur cum eo, quod est peccare,  
quis ad vtrumq; dici possit q̄ Aug. in lib. de Natura  
& gratia: illa verba inducit non ex persona sua:  
sed ex persona alterius contra quem disputat: unde  
& postmodum improbat ea dicens, quod nõ sem  
per ex superbia peccatur.

AD X. dicendum, q̄ recedere à Deo est superbia  
secundum effectũ.

Et similiter dicendum AD XI. quia transgredi  
p̄cepta Dei peccatum est superbire secundum ef-  
fectũ, non tamen semper secundum affectũ.

AD XII. dicendũ, q̄ si accipiatur superbia prout  
fm effectũ est aliud quã auersio ab incommutabili bono:  
cupiditas autem conuersio ad commutabile bo-  
num. Ex quibus duobus constituitur vnum pecca-  
tum, sicut ex formali & materiali, eo q̄ omne pec-  
catũ est auersio ab incommutabili bono & con-  
uersio ad commutabile bonum.

In corp. art.

Lib. 31. c. 31.  
in nouis uc-  
ro c. 37.  
D. 56. & 304.

AD XIII. dicendum, q̄ in appetitu proprii boni  
contingit esse peccatum si recedat à regula ratio-  
nis, ut dictũ est.

AD XIII. dicendum, q̄ etiam Greg. 31. Moral. H  
non ponit superbiã vnum de vitijis principalib⁹,  
sed reginã omnium & radicem, in quantum ad  
oia peccata diffundit suum imperium: sed per hoc  
non excluditur, quin superbia sit speciale peccatũ.

AD XV. dicendum, q̄ amor inordinatus proprii  
boni communiter conuenit omni peccato, & sic  
etiam conuenit superbiã secundum quod id quod  
est generis, conuenit speciei: potest tamen dici q̄  
superbia propriè sit amor proprii boni, si hoc qd̄  
dicitur proprii, sumatur cum quãdam p̄uisione,  
ita. s. q̄ aliquis amet bonum non quasi superioris  
bonum quod propriè ad superbiã pertinet, ut sci-  
licet bonum suum ab alio non recognoſcat.

AD XVI. dicendum, q̄ ratio illa procedit de su-  
perbia quantum ad effectũ, sic enim incommuta-  
bile bonum spernitur in omni peccato: non autem  
semper quantum ad affectũ.

AD XVII. dicendũ, q̄ superbia potest vno mō  
dici ex eo, q̄ superexcedit regulã rationis. Et sic  
semper superbia est peccatũ, & ita communiter  
accipitur. Alio modo potest dici superbia ex eo, q̄  
superexcedit aliquid aliud. Et sic potest esse su-  
perbia bona, ut Hierony. dicit, sicut cum aliquis vult  
operari opera consiliorum, quã superexcedunt cõ-  
munia opera p̄ceptorum. Vel potest dici q̄ cum  
dicitur, Ponam te in superbiã sæculorum, accipi-  
tur superbia materialiter, id est dabo tibi magnã  
excellentiã: de qua homines sæculi superbiunt.  
Et similiter potest intelligi quod dicitur, opes su-  
perbiã id est, de quibus solent homines superbire.

Isaie. 61. su-  
per illud in  
gloria eorũ  
superbiens.

ARTICVLVS III.  
Vtrum superbia sit in vi irascibili.

TERCIO quaeritur, vtrum superbia sit in vi irasci-  
bili. Et vñ q̄ non. Cum. n. irascibilis sit quãdã  
pars sensibilis appetitus, oportet q̄ quilibet motus  
irascibilis, sit quãdam passio, quia passiones animã  
sunt motus appetitus sensitiu: sed superbia non vñ  
cõsistere in aliqua passione ad irascibile p̄tinere, ne-

que in timore, neq; in audacia, neq; in spe, aut de-  
ratione, neq; in ira. ergo superbia nõ est in irascibili.  
¶ 2 Præt. Cum irascibilis sit in parte sensitua animæ  
obiectũ irascibilis non potest esse, nisi aliquod  
bonum sensibile. Sed superbia quaerit excellentiã  
non solum in bonis sensibilibus, sed etiam in rebus  
spiritualibus, & intelligibilibus, vt Greg. dicit in  
Moralium. Ergo superbia non potest esse in irasci-  
bili, sicut in subiecto.

¶ 3 Præt. In demonibus non est sensitua pars ani-  
mæ, cum sint incorporei. Si ergo superbia esset  
irascibilis, sequeretur quod superbia non posset esse  
in demonibus. quod patet esse falsũ.

¶ 4 Præt. Superbia proprie est contemptus Deitatis  
irascibilis non potest attingere ad hoc obiectũ  
quod est Deus, cum sit potentia animæ sensitua.  
G ergo superbia non est in irascibili sicut in subiecto.

¶ 5 Præt. Auicenna notificat vim irascibilem hõis  
mouetur ad repellendũ nocuum, vel corrumpendũ  
cum appetitu vincendi: sed hoc non pertinet ad su-  
perbiã, nõ enim infõdit repellere nocuum, sed magis  
excellere in bono. ergo superbia nõ est in irascibili.

¶ 6 Præt. Superbia est causã inuidiã: inuidia autem  
est in concupiscibili, cum sit odium felicitatis ali-  
nã. ergo superbia non est in irascibili.

¶ 7 Præt. Videtur quod non sit in irascibili, sed in  
gis in rationali. Greg. enim 23. Moralium assignat  
quatuor species superbiã, dicit, Quatuor quippe  
sunt species, quibus omnis tumor arrogantia  
monstratur, cum bonum aut a semetipsis habent  
estimant, aut si sibi datum desuper credunt, pro-  
se hoc accepisse meritis putant, aut certe conu-  
se habere quod non habent, aut despectus carere  
singulariter videri appetunt habere quod habent.

Sed omnia ista pertinent ad rationem, scilicet ad  
mare, putare, credere, enuntiare, & se alijs com-  
rare. ergo superbia est in ratione.

¶ 8 Præt. Prouerb. 11. dicitur, Vbi humilitas, ibi  
p̄tencia. sed p̄tencia est in ratione. ergo & superbia  
tas. ergo & superbia qua humilitati contrariatur  
Contraria enim nata sunt esse in eodem.

¶ 9 Præt. Bern. dicit in lib. de 12. Gradibus humilitatis  
tis, quod perfectio humilitatis est cognitio veritatis.  
sed cognitio veritatis pertinet ad rationem. ergo  
go humilitas est in ratione. ergo & superbia.

¶ 10 Præt. Philof. dicit in 3. Ethic. q̄ superbus d-  
ctor fortitudinis. Sed fictio pertinet ad rationem.  
gere enim est representare, quod est rōnis. Solum  
dicit Philof. in sua Poetria. ergo superbia est in ra-  
¶ 11 Præt. Abacuch 2. super illud, Quomodo  
decipit bibentem, dicit glossã quod superbiã  
mũ credere aliorum de se facit. Sed credere est in  
rationis. ergo primus actus superbiã est in ratio-  
ergo ipsa superbia est in ratione.

¶ 12 Præt. Ambrosius dicit super, Beati immo  
quod lex Dei sola est, quã vires superbiã peccati  
pellere. Sed lex Dei est in ratione. ergo & superbia  
quã per eam repellitur.

¶ 13 Præt. Gregor. dicit 31. Moralium, quod super-  
bia est regina omnium vitiorum. Sed regere ad  
rionem pertinet. ergo superbia est in ratione.

¶ 14 Præt. Hieremie 49. sup illud, Supbia tua & an-  
gãtia tua, &c. dicit glossã, hereticũ nõ facit error  
superbia. sed heresis est in ratione. ergo & superbia.

¶ 15 Præt. August. dicit in 12. de Trinitate, q̄ in  
riori rōne est peccatũ, in quantum nõ cõsistit  
a superiori ratione, vel in quantum etiam superbiã  
rã.



ratio consentit. Et sic videtur qd primum peccatum sit in superiori ratione: sed superbia est primū peccatum. ergo superbia est in superiori ratione.

¶ 16 Præ. August. dicit, & habetur in Decretis 15. q. 1. quod superbia est motus ad consequendum quod iustitia vetat. Sed iustitia ad rationē pertinet, quia per eam hominis est alteri debitum reddere. Superbia est ergo in ratione.

¶ 17 Præ. August. dicit, & habetur in Decret. 23. q. 4. Vasis iræ numquam Deus redderet interitum, nisi inuenerit in eis spontaneum delictum. Spontaneum autem dicitur aliquid, quod subiacer imperio rationis. Cum ergo maxime reddatur interitus vasis iræ propter superbiam, videtur quod superbia pertineat ad rationem.

¶ 18 Præ. Seneca dicit in quadam epistola, qd summum bonum hominis est in rationali. hoc autē est virtus quam corrumpit superbia, vt dictum est. ergo etiam superbia est in ratione, & non in irascibili.

¶ 19 Præ. Videtur qd sit in voluntate, & non irascibili, qd super illud Matt. Sic decet nos implere oēm iustitiam, dicit gl' d est perfectam humilitatem. Sed iustitia est in voluntate. ergo & humilitas.

¶ 20 Præ. Ad superbiam præcipue videtur pertinere appetitus honoris: sed appetere honores est voluntatis ergo superbia est in voluntate.

¶ 21 Præ. Superbire est super ire. Et sic videtur qd maxime pertineat ad superiorem potentiam, quæ super alias vadit. hæc autem est voluntas quæ mouet omnes alias potentias. ergo superbia videtur ad voluntatem pertinere, & non ad irascibilem.

¶ 22 Præ. Videtur quod sit in concupiscibili. Dicitur enim in lib. Sententiarum Properi, quod superbia est amor propriae excellentiæ. Sed amor est in concupiscibili. ergo & superbia.

¶ 23 Præ. Ad superbiam, secundum Aug. pertinet appetere leta, & fugere tristitia. Sed hoc pertinet ad concupiscibilem. ergo supbia est in concupiscibili.

¶ 24 Præ. Ad superbiā pertinet delectari de bono proprio: sed hoc est concupiscibile, ergo superbia videtur esse in concupiscibili, & non in irascibili.

SED CONTRA est, quod Gregor. in 2. Moralium ponit contra superbiam donum timoris.

¶ 2 Præ. Aug. dicit in 14. de ciuit. Dei, qd superbia est appetitus peruersæ celsitudinis. sed arduum est subiectum irascibilis. ergo superbia est in irascibili.

¶ 3 Præ. Pusillanimitas vñ esse vitium oppositū superbiam: pusillanimitas autem est in irascibili sicut & magnanimitas. ergo & superbia est in irascibili.

RESPON. Dicendum, qd ad huius qōnis euidenciam, oportet primo considerare, in qua potentia aīa possit esse peccatum vel virtus, vt sic cōsiderari possit in qua vi aīa sit superbia, tāquam in subiecto. Est ergo cōsiderandum, qd oīs actus virtutis seu peccati est voluntarius. Sunt autē in nobis duo principia voluntarij actus, s. ratio. sicut intellectus, & appetitus. hæc enim sunt duo mouentia, vt dñ in tertio de Aīa. & præcipue quantum ad actus proprios hoīs.

Ratio autem cum sit vis apprehensiuā, differt a vi appetitiuā in hoc, qd operatio<sup>d</sup> rōnis & cuiuslibet virtutis apprehensiuā perficitur in hoc, qd apprehensum est in apprehendente. Intellectus enim in actu, est intellectum in actu, & sensus in actu est sensatum in actu. Operatio autem appetitiuā cōsistit in hoc, qd appetens mouetur ad rem appetitam. Manifestū est autem, qd hoc proprie ad superbiam pertinet, qd aliquis inordinate tendat in propriam excellentiam,

A quasi magnificando seipsū, s. illud Psal. 9. Iudicare pupillo & humili, ut nō apponat ultra magnificare se hō sup̄ terram. unde manifestum est, qd superbia ad vim appetitiuā princt. Sed cū vis appetitiuā moueatur quodāmodo a vi apprehensiuā, in quantum bonum apprehensum mouet appetitū, necesse est qd s. m diuersam rōnem apprehensionis distinguat vis appetitiuā, eo qd passiuā sunt proportionata acti vis & motiuis, & potentia distinguuntur s. m obiecta. Est autem quædam vis apprehensiuā uniuersalium, s. intellectus vel rō: quædam autem vis apprehensiuā singularium, s. sensus vel phantasia. vnde cōsequenter est duplex appetitiuā, una quæ est in parte rōnali, quæ vocatur voluntas: alia quæ est in sensitiuā, quæ vocatur sensualitas, siue appetitus sensitiuus. Appetitus ergo rōnalis, qui est voluntas, habet pro propria rōne obiectū bonum uniuersale: & ideo non diuiditur in plures potentias. Sed appetitus sensitiuus non attingit<sup>d</sup> ad uniuersalem rōnem boni: sed ad quædam particulares rōnes boni sensibili vel imaginabilis. unde oportet qd s. m diuersas particulares rōnes hōi boni, distinguatur appetitus sensitiuus, habet. n. aliquid rōnis appetibilis ex eo, qd est delectabile, s. m sensum. Et s. m rōnem boni est obiectum concupiscibile, habet etiā aliquid aliud rōnis appetibilis ex hoc, qd habet quædam aliquid imaginatam ab animali, ut possit appetere oīa nocua, & potestatiue vt proprio bono. Quod quidē bonum absque omni delectatione sensus, & interdum cum aliquo dolore sensibilis: sicut cū animal pugnat ad uincendum, & s. m hanc rōnem boni imaginati accipitur obiectū irascibilis. Manifestum est autē, qd oē particulare continetur sub uniuersali, sed non conuertitur, unde in quodcumque pot ferri irascibilis, uel concupiscibilis pot etiam ferri uolūtas, & in multa alia. Sed uoluntas fertur in suū obiectum absque passione, eo qd non vitur organo corporali, irascibilis autē & concupiscibilis cum passione. Et ideo motus oēs, qd sunt in irascibili, & concupiscibili cū passione, ut amoris, gaudij, spei & hōi, possunt esse in uolūrate sine passione. Manifestū est autē ex supradictis, qd supbia obiectum est excellentiā sensibili. Si ergo sola excellentiā sensibilis uel imaginabilis ad supbiā princt, oportet supbiā solū in irascibili ponere. Sed qd supbia est et circa excellentiā intelligibile, qd est in spiritualibus bonis (vt Greg. dicit 34. Moralium) & qd plus est, inuenitur etiā in substantiis spūalibus, in quibus non inuenit appetitus sensitiuus, ideo necesse est dicere, qd supbia etiā sit in irascibili, in quantum respicit excellentiā sensibile uel imaginabile. Et sic etiam est in uolūrate prout respicit excellentiam intelligibilem, & secundum quod inuenitur in demonibus.

B

C

D

E

AD PRIMVM ergo dicendum, qd superbia est appetitus inordinatus excellentiæ. Sic autem se habet spes ad bonū arduū futurū, sicut se habet desiderij ab bonū absolute sumptū, unde manifestū est, qd superbia est principaliter circa spēs, quæ est passio irascibilis. Nā & præsumptio, quæ est inordinata spes, maxime uidetur ad superbiam pertinere.

AD SECVNDVM dicendū, qd sicut dictū est, supbia, quæ respicit excellentiā intelligibilem, nō est in irascibili, sed in uolūrate. & tamē ex excellentiā intelligibili consequitur interdum aliquis effectus imaginatus, respectu cuius pot esse superbia in irascibili: sicut cum aliquis propter excellentiam sciētiæ laudatur, uel aliquem honorem sensibilem habet.

Quæst. dis. S. Tho. V 3 Ad

D. 30.

D. 31.

D. 32.

D. 33.

Art. preced.

L. 34. ca. 18. ante mediū in nouis, ex exemplibus.

In corp. ar.

**AD TERTIVM** dicendum, quod superbia demonum, & si non sit in irascibili: est tamen in voluntate, sicut dictum est.

**AD QVARTVM** dicendum, quod duplex est obiectum, unum quod se habet per modum termini ad quem, & tale obiectum irascibilis non potest esse Deus. Alio modo, per modum termini a quo; & sic illud quod contemnitur est obiectum irascibilis. Et hoc modo nihil prohibet Deum esse obiectum irascibilis, in quantum scilicet irascibilis fertur ad proprium obiectum, non refrenata per reverentiam Dei.

**AD QVINTVM** dicendum, quod quis irascibilis, licet sit subiectum multarum passionum: denominatur tamen ab ira tamquam ab ultima. Unde Avicenna notificat vim irascibilem solum secundum passionem irae, & non secundum alias passiones.

**AD SEXTVM** dicendum, quod invidia non est in irascibili, sed in concupiscibili: cum sit tristitia de alieno bono. Tristitia autem est in concupiscibili, sicut & delectatio: & ad eandem etiam vim pertinet odium sicut & amor. Si tamen invidia esset in irascibili, non propter hoc prohiberetur superbia esse in concupiscibili: quia est causa eius, nihil enim prohibet unum actum, vel passionem alicuius potentiae esse causam alterius actus, vel passionis eiusdem potentiae. Sicut amor est causa desiderii, cum tamen utrumque sit in concupiscibili.

**AD SEPTIMVM** dicendum, quod aliquis actus potest ad aliquod vitium pertinere tripliciter, uno modo directe, alio modo antecedenter, & tertio modo consequenter. Sicut ad iram directe quidem & essentialiter pertinet, quod sit appetitus vindictae. Antecedenter autem quod tristetur de aliqua iniuria illata. Consequenter autem quod delectatur de punitione eius, qui iniuriam intulit. Sic ergo ad superbiam pertinet directe quidem, & quasi essentialiter immoderatus appetitus excellentiae. Antecedenter autem, quod aliquis estimet se tantum, cui talis excellentia competat. Consequenter autem ut existimatione & appetitu, in verba & facta ostentationis prorumpat. Quorum trium primum pertinet ad irascibilem, alia vero duo ad rationem. Apprehensio enim rationis praecedat appetituum motum, & imperium rationis de exteriori executione, sequitur ipsum.

**AD OCTAVVM** dicendum, quod humilitas & sapientia inveniuntur in eodem homine, in quantum humilitas ad sapientiam disponit: quia qui humilis est, subicit se sapientibus ad discendum, & non innititur sensui proprio: non tamen oportet, quod sapientia & humilitas sint in eadem parte animae, quia quod est in inferiori, potest disponere ad id, quod est superioris, sicut bonitas imaginationis disponit ad scientiam.

**AD IX.** dicendum, quod cognitio veritatis se habet ad humilitatem antecedenter: quia dum aliquis veritatem considerat, se ultra suam mensuram non effert.

**AD X.** dicendum, quod fictio se habet ad superbiam consequenter. Ex hoc enim quod aliquis appetit excellentiam, consequitur quod talem exterius se exhibeat, ut apud alios aliquo modo excellat.

**AD XI.** dicendum, quod sentire de se altiora dicitur esse primus actus superbiae: quia antecedit ad appetitum excellentiae.

**AD XII.** dicendum, quod ratio in quantum regit inferiores vires & movet eas, retrahit eas ab inordinatis motibus. Unde lex Dei secundum quod est in ratione, excludit superbiam, non quidem formaliter, sicut nigredo excludit albedinem, sic enim essent in eodem: sed effectiue, sicut pictor excludit nigredinem, un-

**F** non oportet quod superbia sit in ratione, in qua est lex Dei. **AD XIII.** dicendum, quod superbia dicitur regina aliorum vitiorum, in quantum imperium eius ad fines aliorum vitiorum, non propter hoc quod sit in ratione.

**AD XIV.** dicendum, quod heresis per illam autoritatem probatur esse effectus superbiae: nihil enim prohibet id, quod est in una vi animae, habere effectum in alia vi animae.

**AD XV.** dicendum, quod primum peccatum est in ratione antecedenter, in appetitu autem essentialiter in quantum scilicet vis appetitiva tendit in aliquo illicitum: vel ab eo retardatur iudicio rationis.

**AD XVI.** dicendum, quod peccatum est in inferiori vi animae, ex eo quod a rectitudine rationis recedit. Unde non oportet si iustitia aliquo modo ad rationem pertinet, quod propter hoc omne peccatum essentialiter sit in ratione, sicut in inferiori vi.

**AD XVII.** dicendum, quod peccatum dicitur voluntarium siue spontaneum, non solum quando actus eius a voluntate elicatur: sed etiam quando imperatus ab ea quae imperat actus inferiorum: unde nihil prohibet aliquod peccatum voluntarium, in aliqua inferiori vi animae esse.

**AD XVIII.** dicendum, quod Socrates posuit omnes virtutes esse quasdam scientias, ut dicitur in Ethico. Et ideo posuit ipse & Stoici in hoc commutantes, omnes virtutes esse in rationali pertinetiam. Sed quia per virtutem moralem magis dicitur perficere vis appetitiva, quam ipsa ratio: idem melius est dicendum secundum Aristoteli, quod virtutes morales sunt in vi appetitiva, quae est rationalis per participationem, in quantum mouetur per imperium rationis.

**AD XIX.** dicendum, quod omnis virtus quodammodo est iustitia in quantum per rationem ordinatur ad obediendum legi, ut dicitur in 5. Ethic. Unde licet iustitia voluntate: non tamen oportet, quod omnes virtutes praedicte modo iustitiae nomen accipiant: immo ne vel voluntate esse dicantur: quia ratio & voluntas possunt etiam alias vires mouere.

**AD XX.** dicendum, quod appetere honores habitiles vel imaginabiles, in quantum habet rationem ardui vel excellentis, non solum ad voluntatem etiam ad irascibilem pertinet.

**AD XXI.** dicendum, quod superbire est superbiendo propria mensuram, quod non solum ad periorum: sed etiam ad inferiorum pertinet.

**AD XXII.** dicendum, quod omnes passionum irascibilis incipiunt ab amore, qui est passio concupiscibilis, & terminantur ad delectationem & iustitiam, quae etiam sunt in concupiscibili. Unde non prohibet, si ea quae pertinent ad concupiscibilem attribuantur antecedenter vel consequenter superbiae, in irascibili existenti. Et per hoc patet solutio ad ea, quae sequuntur.

ARTICVLVS IIII.  
De speciebus superbiae.

**Q**uarto quaritur de speciebus superbiae, quas assignat Gregorius 23. Moralium dicitur quatuor quippe sunt species quas omnes sunt tumor arrogantium demonstratur, cum dicitur a semetipsis habere se existimant, aut si sibi dantur super credunt, per suis se hoc accepisse meritis praeferunt aut certe cum iactant se habere quod non habent, aut de ceteris singulariter videri appetunt. Et per hoc patet solutio.

conuenienter huiusmodi species superbiæ assignetur. Quod enim aliquis existimet bonum se habere non ab alio, sed a semetipso, ad infidelitatem pertinet: cum fides recta hoc habeat, q̄ Deus oīum bonorum est auctor, ergo non debet poni species superbiæ, q̄ aliquis existimet bonum a semetipso se habere: sed magis species erroris vel infidelitatis.

¶ 2 Præ. Inter oīa bona q̄ in hac vita habentur, potissimum est bonum gratiæ, de quo etiā contingit aliquos superbire: sed credere q̄ gratia detur homini ex meritis, pertinet ad hæresim Pelagianā, ergo non debet poni species superbiæ, quod aliquis credat id quod habet, esse sibi datum a Deo pro suis meritis.

¶ 3 Præ. Iactare se habere quod non habet, ad mendacium pertinet, quod est vitium distinctum a superbiā. Non ergo debet poni species superbiæ.

¶ 4 Præ. Velle videri, ad inanem gloriam pertinet, quæ non est superbiā: sed filia eius, vt Greg. dicit 34. Moralium. Non ergo debet poni species superbiæ, quod aliquis singulariter velit videri.

¶ 5 Præ. Hieron. dicit, q̄ nihil est tam superbum, q̄ ingratum videri. Ingratitudo autem inter istas quatuor species non numeratur, ergo videtur quod Gregor. insufficienter enumeret species superbiæ.

¶ 6 Præ. August. dicit in 14. de ciuit. Dei, q̄ excusare se de peccato commissio, ad superbiā pertinet. hoc autem inter has species non enumeratur, ergo insufficienter species superbiæ tanguntur.

¶ 7 Præ. Ad superbiā precipue pertinere vt, q̄ aliquis presumptuose tēdat ad cōsequēdum aliqd qd̄ est super se: hoc autē inter istas quatuor nō tāgitur, ergo videtur q̄ insufficienter species superbiæ tanguntur.

**IN CONTRARIVM** sufficiat auctoritas Gregorij, quæ posita est in argumento primo.

**RESPON.** Dicendum, q̄ sicut Diony. dicit 4. c. de diu. nom. bonum causatur ex vna & tota causa: malum autē causatur ex singularibus defectibus: sicut pulchritudo causatur ex hoc, q̄ oīa corporis membra decenter se habent. Quorum si vnum tm̄ fuerit indecenter dispositum, turpitudinem inducit. Sic ergo pertinet ad virtutem, q̄ appetitus hoīs feratur in aliquam excellentiam secundum regulā rōnis, & suam mensuram: malum autē superbiæ in hoc consistit, q̄ aliquis in appetendo aliquod bonum excellens propriam mensuram excedit. Vnde quot modis contingit excedere propriā mensurā in appetitu propriæ excellentiæ, tot sunt species superbiæ: hoc autē cōtingit tripliciter. Vno modo quantum ad ipsum bonum excellens quod appetitur, vt cum. f. appetitus fertur in aliquid quod excedit suā mensurā. & fm̄ hoc est tertia species superbiæ, cum. f. aliquis iactat se habere quod non habet. Alio modo quantum ad modum adipsē dī, vt. f. habear aliquam excellentiam a se, vel suis meritis, quam nō potest obtinere nisi per gratiam alterius. & sic sumuntur primæ duæ species, eo q̄ aliquid esse a nobis dupliciter contingit: vel simpliciter, sicut cum facimus aliqd̄: vel per quamdam præparationem, sicut cum aliquod meremur. Tertio modo potest aliquid excedere propriam mensuram, quantum ad modum habendi, vt si aliquis afficiatur ad habendum aliquid super ceteros, quod edepit sibi similiter habere cum ceteris.

**AD PRIMVM** ergo dicendum, q̄ estimatio rōnis corrumpitur dupliciter. Vno modo in vnuerſali, alio modo in particulari ppter aliquam passiōem. Corruptio ergo rectæ estimatiōis circa ea, quæ pertinent ad fidem vel bonos mores, si sit quidem

**A** in vnuerſali, pertinet ad peccatum hæresis: nō autē si sit in particulari propter passiōem. secundum q̄ errant omnes qui operantur malum, vt dicitur Proverb. 14. Sicut si aliquis sentiret in vnuerſali fornicationem non esse peccatum, esset infidelis: non autem infidelis censetur fornicator, qui eligit fornicationem tamquam bonum propter concupiscentiæ passiōem. Similiter si quis in vnuerſali estimaret Deum non esse auctorem omnium bonorum, vel bonum gratiæ esse ex meritis, pertineret ad hæresim: non autem si pp̄ amorem inordinatum excellentiæ, quæ incipit in concupiscentijs corrumpitur in particulari iudicium rationis, vt aliquis presumat de seipso, tamquam bonum aliquid à se possit habere, aut ex meritis proprijs, quod pertinet ad superbum. Et per hoc patet solutio ad secundum.

**B** **AD TERTIVM** dicendum, q̄ iactantia ponitur species superbiæ, non quantum ad ipsum exteriorem actum, qui consequenter se habet ad superbiā, vt supra dictum est: sed quantum ad interiore affectū, ex quo talis actus exterior procedit: dum. f. homo presumit de seipso, ac si haberet quod non habet, & in talem excellentiam animus eius tendit, quæ si bi non competit, nisi haberet quod non habet.

**AD QVARTVM** dicendū, q̄ etiam velle singulariter videri consequenter ad superbiā pertinet: essentialiter autē quarta species superbiæ in hoc consistit, q̄ homo presumat de se, ac si singulariter oēs excelleret. Et ad hōmō excellentiā animus eius afficit.

**AD QVINTVM** dicendū, q̄ primæ duæ species ad ingratiūdinem pertinent. Est. n. ingratus qui non recognoscit beneficium sibi gratis collatū, vel qui estimat se hoc suis meritis obtinuisse.

**AD SEXTVM** dicendum, q̄ sicut Philof. dicit in 5. Eth. Carere malo accipitur in ratione boni. Et ideo sicut ad tertiam speciem pertinet, q̄ aliquis iactat se habere quod non habet: ita etiam quod excuset se de peccato quod habet.

**AD SEPTIMVM** dicendum, q̄ peccatum superbiæ quandoq; euidentius apparet per aliqua præcedentia & subsequētia, quam per id in quo essentialiter consistit. Et ideo Grego. species superbiæ assignavit secundum aliquos actus antecedentes, vel consequentes: cum tamē omnes species superbiæ in quadam præsumptione animi essentialiter consistant.

QVAESTIO IX. De inani gloria.

In tres articulos diuisa.

- ¶ Primo. Enim queritur vtrum inanis gloria sit peccatum.
- ¶ Secundo. Vtrum inanis gloria sit peccatum mortale.
- ¶ Tertio. Vtrum filia inanis gloriæ conuenienter assignentur.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum inanis gloria sit peccatum.

**QVAESTIO** est de inani gloria. Et primo queritur, vtrum inanis gloria sit peccatum. Et videtur, q̄ non. Consistit enim inanis gloria in eo, q̄ aliquis velit bona sua alijs apparere: sed hoc nō est peccatum, sed laudabile. Dicitur enim Mart. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt uideant opera vestra bona. Ergo inanis gloria non est peccatum.

**Quæst. dist. S. Thomæ. V 4 Q2 Præ.**

Art. præced.  
Lib. 5. c. 11. et ca. med. to. 5.

Li. 1. moral. cap. 7.

*[Marginalia on the left edge of the page, mostly illegible due to fading and overlap.]*